



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690


Cap. VI. De poenis imponendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

qui illic præest, obedientiæ subfit in omnibus. *** Vide Peregrinorum Regulas p. 147. &c. *** R. coma. 48.

CAPUT VI.

De Pœnis imponendis.

i.  Uamquam optandum sit, ut Religiosi ad observandas suas Regulas non egeant timore pœnarum, præsertim temporalium; tamen quia in tanta naturæ infirmitate subinde his stimulis indigemus; certum est Superiores posse pœnitentias imponere propter defectus, & negligentias admissas. a Nec à correctione Regulæ Societatis, secundum Ordinationes ejus factæ, licet appellare; & appellatio per nulum Judicem admitti debet. b

2. Pœnitentias igitur impositas hujusmodi prompta voluntate, & magna humilitate quisque admittere deberet, cum vero emendationis desiderio; etiamsi propter defectum non culpabilem injungerentur. c Immo aliquoties singulis annis omnes à Superiore sibi pœnitentias injungi, propter defectum observationis Regularum, petant. d

3. Est

Superiores possunt imponere pœnitentias.

a Ex. c. 1. §. 6. & P. 3. c. 1. §. 26.

b Paul. III. P. 39.

Quomodo eas Subditi admittere debeant.

c Ex. c. 4. §. 33. & P. 3. c. 1. §. 15.

d P. 3. c. 1. §. 28.

*Quo ordine in
illis injungen-
dis proceden-
dum sit.*

e P. 3. c. 1. §.
15. & N. & P.
8. c. 1. G. & R.
Præp. 29. &
Rect. 28.
f C. 6. D. 37.
§. 6. 7. & In.
18. §. 10. & 12.
g C 7. D. 80. §.
2. & R. Prov.
117.

*Qua pœniten-
tia ordinariè
imponi possint.*

h R. Præp. 10.
& Rect. 9.

3. Est autem advertendum in correctio-
nibus : quòd primò in caritate , & dulce-
dine , qui peccant , sunt admonendi ; se-
cundò in caritate quidem , sed eo tamen
modo , ut confusio , & rubor eis injicia-
tur ; tertio amori ea , quæ timorem incu-
tiunt , adjicientur ; habita semper ratione
dispositionis personarum , & ædificationis
universalis , & particularis earum , ad glo-
riam Dei. De publicis autem defectibus
publica debet esse pœnitentia , iis tantum ,
quæ ad ædificationem faciunt , declaratis.
• Atque hujusmodi disciplina communis
omnibus esse debet , etiam antiquioribus ,
immo & ipsis Superioribus , si suo Officio
defuerint. f Qui autem in aliquo Colle-
gio malè se gerit , non mittatur , si fieri
potest , ad aliud , nisi juvetur , ubi deli-
quit. g

4. At non imponentur à Superiore Do-
mus , seu Collegii nisi ordinariæ pœniten-
tiæ ; quales sunt : parva mensa , publica re-
prehensio , conclusio in circulo , edere sub
mensa , osculari aliorum pedes , orare in
Refectorio , dicere culpam suam , subtra-
ctio cibi usque ad panem , & aquam. Si
res postulaverit disciplina publica in Re-
fectorio , & alia exercitia humilia , & do-
mestica. h

5. Apo-

5. Apostatas verò, & alios quosvis insolentes, & qui id mereri videbuntur, possunt Superiores omnes, invocato etiam auxilio brachii secularis, excommunicare, capere, incarcerare, & aliàs suæ disciplinæ submittere. *i* Quamquam facultas excommunicandi Provincialibus reservata est; *l* quibus etiam tantummodò permisum est prædictis facultatibus uti contra commorantes in alia Religione. *m* De Carceribus in Societate tenendis deliberatio P. Generali relicta. *n* Forma iudicij aliquando instituendi à Deputatis concepta in Congregatione VI. commissa est P. Generali; ut eam Provincialibus communicet, cum necessitas postulaverit. *o*

6. Dictis supra, ubi de prima Probatione Par. 1. Cap. 4. Sect. 2. §. 5. & ubi de Caritate, hac Par. 4. Cap. 3. §. 2. circa obligationem, quam habent Nostri iuvandi apud Superiores correctionem defectuum, hic addendum, quid Superiores servare debeant in ea usurpanda. *i*. Caveant, ne delatoribus faciles aures, fidemque præbeant; sed disquirant singula, donec in rei delatæ cognitionem veniant; & si falsitatem deprehenderit, aut innocentem ab omni delicti suspitione liberent, aut falsum delatorem, pro rei gravitate, puni-

Quomodo contra Apostatas, aliosq; gravius delinquentes sit procedendum.

i Paul. III. p. 41. & Greg. XIV. p. 283.

l Comp. V. Corr. §. 2.

m Comp. V. Apost. §. 5.

n C. 1. D. 116.

o C. 6. D. 45. & C. 7. D. 94.

Quomodo in delatis Superior se gerere debeat.

puniant. Optavit etiã Congregatio VII. ut nemo ad mediatos Superiores aliena errata deferret, nisi prius immediati moniti fuissent; si verò per hos emendatio non est secuta, aut graves admodum causæ hunc ordinem invertendum suadent, causas omissi ordinis in literis ad mediatum Superiorem addat. p

p C. 7. D. 12.

2. Superior quando aliquos defectus novit, per denunciationem paternam, Deferentem nulli revelet; nec ab eo petat, ut rem delatam subscribat; Delatum verò iis tantum aperiat; qui prodesse possint finni, per talem denunciationem intento; qui est profectus spiritualis subditorum, & bonum commune Religionis; quales precipuè sunt Consultores, & Superior Delati: ad majorem autem cautelam, petatur ad consultationem Deferentis consensus; quem ille dare debet.

3. Potest sic Delatum corrigere, etiam coram duobus testibus; & peragere secretò, quæcumque judicaverit expedire ad remedium, profectumque delati, at citra ejus infamiam; ut diligenter circa illum invigilare, mutare loco, non admittere ad aliquod officium.

4. Potest Superior defectus leves, & communes sic delatos, in Refectorio, publica

re-

reprehensione, & pœnitentia ordinaria corrigere; dummodo, quoad fieri poterit, habeatur consensus Deferentis, & Delato nulla momenti alicujus infamia adhærescat. Ob gravia verò, quæ sic innotuerint, poterit interdum devenire ad dimissionem Delati ex Societate; sic quidem, ut licet adjuvetur hac notitia, non tamen eo modo procedat, ut possit cognosci talis defectus ab aliis, sed aliâ viâ cognititas notitas opponat, vel certè nihil dicat. ¶

qC. 6. D. 33. &
Or. c. 15. p. 2.

CAPUT VII.

De Dimissione è Societate.

SECTIO I.

Quinam, & per quos dimitti possint.

I. **D**upliciter Societas dimittere suos potest; vel concedendo transitum ad aliam Religionem, vel eos absolutè dimittendo; sive hi soluti à Votis remaneant, ut contingit in non Professis, sive non soluti, ut Professis accidit. Primum genus Dimissionis exerceri solet circa Professos:

Duplex dimissionis species; quarum altera propria Societatis.

T qui-